

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1908

Andria II

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1594](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1594)

II.

1.

301 **1** QUID AIS BYRRIA DATVRNE ILLA HODIE PAMPHILO
 Charinus indignatur, quod sibi nuntiatum esset Philumenam
 quam diligebat Pamphilo esse nupturam. uehementi do-
 lore succensus primum conqueritur, deinde deliberat, an
 Pamphilum conueniat, ut eam non ducat uxorem. deli-
 beratiuae formam in hac scaena debemus animaduertere. 5
 ac primum an uerum sit quaeritur: ideo interrogat, quasi
 uerum audierit. est et familiare timentibus *et certa et*
contraria desiderantibus potius, nolle audire quod inimicum
 sit uoluntati. interrogat autem primo rem 'quid ais, 10
 Byrria?', deinde, cum consensus est commodatus 'sic est',
 302 personam quaerit, a quo audierit **2** QVI SCIS. at uero
 nuntius compendium interrogationi faciens et personam et
 locum dicit, ubi audierit, *tam diu interrogationem hanc*
nolens iterum sustinere: APVD FORVM inquit MODO E DAUO 15
 AVDIVI. qua re confirmata in conquestionem continuo
 prorupit adulescens, qui dixit VAE MISERO MIHI, quod nunc
 certum periculum sit, ante incertus fuisset euentus*, *ut*
spe atque timore animus suspensus teneretur. post Byrria
 adhibet consolationem, quod genus orationis in materia 20
 oratoria raro uersatur. hic autem posita est, ut uoluntas
 ab eo quod fieri non potest consolatione suscepta ad id

α^* [18] et ex diuersis rebus fit argumentum a pari.

1 agis *codd. praeter F*; sic et 10 || 4 primo αF | deinde
 liberat *LB'V* || 6 animaduertere <diligenter> *F* || 7 sit *om. β* |
 quaeritur (*ante corr.*) *V*, -rit *BS (ex corr. V)*, -ratur β || 8 est et |
 esset *L*, est autem *G* || 11 commodatus est α || 13 interroga-
 tione *L* || 14 interrogationi si (-cio nisi *F*) hanc nolit (nollit *F*)
LF || 15 *E* | & (*pro ex*) *L* || 16 conquestionem *Schopen*: quo
 questionem β , questione (-nē *V*) α || 17 quod] qui *B*, cui *VS* ||
 18 fuisset incertus α | ut spe *W*.: a spe *LF*, aspice *G* || 19 te-
 neretur *W*. | birria *F*, -ae *rell.* || 20 consolationem adhibet αG

quod fieri potest conuertatur*, *ne id desideret quod fieri non potest.* at uero adulescens cupidus amoris sui uoluntatem praeteritam retinet: **6** NIHIL inquit ALIUD VOLO NISI PHILVMENAM. sed seruus consolationem reddit, ut, si fieri possit, adulescens aestus contrarii amoris excludat et ipsum amorem loquendi dolore sustentet. huic respondet sententiae naturaliter, quod omnes, cum ualemus, aliis dare consilium possumus, at si in aegritudine ipsi simus, de eo, de quo consilium dedimus, necesse est aliter sentiamus. uiso Pamphilo deliberat Charinus, an adeat et roget, ut nuptias aliquot proferat dies*, ut periculo iam certo spes aliqua dilatione pariat, ac deliberationem indicat seruo Byrriae, quid sibi uideatur. at ille dissuadet ab inhonesto et ab inutili, *spe cadere Pamphilum, si nihil impetraret, cum ille continuo sibi credat Charinum uxorem tollere: hoc namque significat* **15** QUID SI NIHIL IMPETRES, ut sit sensus 'quid mihi uidetur?' ut ille arbitretur paratum sibi moechum, si tu nihil impetres'. alii distinguunt sic, ut simul dicant, non separatim 'quid' et 'nisi', qui uere nullus est sensus.* *unde melius iungitur* 'quid nisi'. deinde adit Pamphilum et tamquam ab eo impetraturus, ut defendat, deliberatiuae utitur partibus. id

α * [1] quod uocatur dissuasio.

*[11] id est protrahat.

*[20] potest tamen dici 'quidni?' id est certe, et post 'si nihil' impetres, scilicet 'restat ut arbitretur' (ar^b BV, ar S; cf. Bruns ad h. l.).

1 conuertat α || 2 moris sui post uoluntatem L || 3 retinet W.: cont- codd. (dicendo add. F); cf. I 5, 46 et fin. comm. Andr. || 5 posset G, potest F α || 6 sustentet] suspendat α | hic L, hinc α || 8 aliis — possumus] recta consilia aegrotis damus α || 9 sumus F | de quo] unde α || 12 ac B, at *rell.* || 14 spe (-em L) <est> LF || 15 cum W.: eum (post continuo) L, om. FG || 16 nam LF | significauit FG | quid nisi α G || 17 quod LG B, quid (sser. uel quod) F | <nisi> ut α || 18 sibi paratum α G || 19 quid et nisi om. B' || 20 unde — nisi fort. del. || 21 adit W.: addit (-didit G) codd.

- semper in petitione esse docuimus. habet et principium
 319 ad beniuolentiam *conciliandam precibus* 19 AD TE VENIO
 SPEM SALVTEM AVXILIVM C<ONSILIVM> EXPETENS.* Pam-
 philus propter amorem suum istud aliter accipit et re-
 320 spondet 20 NEQVE POL CONSILII LOCVM HABEO NEQVE AD 5
 AVXILIVM COPIAM. interrogat tamen ille, quoniam pudoris
 fuerat dicere 'uxorem tuam diligo'. prius interrogat, an
 ducat uxorem. respondit Pamphilus, quod in opinione
 est, *quia non est in eius uoluntate. adiungit Charinus ad*
 322 *impetrationem uitae suae periculum:* 22 SI ID FACIS inquit 10
 HODIE POSTREMVM ME VIDES. sed interrogatus a Pamphilo,
 cur istud dixerit, pudore confunditur. allegat seruum, *ut*
ipse dicat. seruus uero callidus, ne minus impetrabile
 esset, certe contumeliosum, si diceret 'amat uxorem tuam',
 324 24 SPONSAM INQUIT TVAM AMAT hoc est *enim:* quae adhuc 15
 tibi uxor non est, unde adulterii nulla suspicio sit, quod
 illa 'sponsa' est, hic 'amat' tantum. sed Pamphilus
 memor consilii sui et uoluntatis quaerit, num Charino
 aliqua consuetudo sit cum ea. *hoc est, quod interrogat*
 325 25 NVM QUIDNAM AMPLIVS TIBI CVM ILLA FVIT CHARINE hoc 20
 est: *num cum illa consuetudinem copulaueris affectatus.*
 sed Charinus nesciens *consilium*, cur hoc interrogauerit
 Pamphilus, simpliciter negat factum. uolebat autem Pam-
 philus causam reperire, cur eam non duceret uxorem, *quam*
nolebat: † ideo negat. sed quod nulla consuetudo fuisset, 25

α* [3] hic figurae sunt homoeoptoton (om- BV, amoeti-pt-S)
 uel polyptoton (poli-pt-codd.; cf. Gerstenb. p. 81).

1 in petitione Gerstenb.: impetrationem (imperat- L) codd.
 habet et G, habet LF, quod habet α || 2 aduenio α || 3 auxilium
 salutem (om. consilium) β | <deinde> pamphilus α || 5 POL om. β ||
 6 copias L || 8 ducat (add. eam F) FG, ducē L, -ceret α || 12 dix-
 eris α | alligat β || 14 <si> minus? || 14 esset (est L) | sed (post
 contum- add. esset) α | amat post tuam α || 15 quae] quod α ||
 16 uxor tibi FG | sit] est α || 18 num W.: ne β, utrum α ||
 20 NVM om. LG | fuit cum illa L || 21 nam cum L, an cum G,
 utinam F || 22 sed] uero (post Char-) α || 24 causam <simpliciter> codd.

respondit quam primum potuit.[†] sed Charinus ad preces uertitur et petit ex more postulantium, quo semper primo quae maiora sunt petimus, deinde ea quae uolumus. *nam, uti supra (v. 13) dixit, Charinus nihil aliud a Pamphilo cupiebat nisi ut aliquot saltem nuptiis proferret dies. hoc igitur cum desiderio sit, aliquid amplius primo postulat, sicut diximus, quia moris est, ut per partes primo <mai- ra>, deinde quod uolumus postulemus, ut si negatum fu- erit, quod primo petitum sit, iam pudori sit a quo petitur*

327 denegare. primo petit **27** NE DVCAS *inquit*, secundo SI ID 10
NON POTEST AVT TIBI NVPTIAE HAE SVNT CORDI SALTEM
ALIQVOT PROFER DIES DVM PROFICISCAR ALIQVO NE VIDEAM.
hoc est, quod fuerat petiturus. similiter et Iuno ab Aeolo postulauit primo, quod magnum est (Verg. Aen. I 69) 'incute uim uentis submersasque obrue puppes'; ita se- cundo loco quod nolebat petit (I 70) 'aut age diuersos et dissice corpora ponto': hoc namque desiderabat, quod Troiani ad Italiam non uenirent ac propterea dispergerentur. huic igitur petitioni respondet Pamphilus patienter ut amici more, ut non quia petierit Charinus, idcirco non sit eam ducturus uxorem, sed eo quod ipse eam nolit du- cere uxorem **30** EGO CHARINE NEVTIQVAM OFFICIVM LIBERI
HOMINIS ESSE PVTO CVM IS NIHIL MEREATVR POSTVLARE ID
GRATIAE PONI SIBI hic sensus maximam intentionem desi-
derat. 'mereatur' primum hoc est praestat: merendo enim 25
praestatur, unde Virgilius (*Aen. IV 333—335*) 'ego te, quae plurima fando enumerare u., n. r. n. promeritam' id est praestitisse. ergo hic erit sensus: ego, Charine, non arbitror liberi hominis officium esse, ut nihil praestet,

1 sed Charinus] quod ut ille intellexit, se α || 2 uertitur F, -tit *rell.* | prima L || 5 cupiebat F, -piens L, -pio G || 7 (<et> quia α | maiora *add. W.* || 11 potes F | cordi <etc.> α || 12 profer<at> L || 14 primo G, (*add. uel primum*) F, -um L α || 17 nam LF || 19 respondet L, -dit *rell.* || 20 ut] quod α | Charinus petierit α || 21 sit ducturus] non ducat *ante* non quia α | quod] quia α || 25 mereat B B V | praestat Schopen: instat *codd.*; *expectes* praestet || 29 non puto esse officium liberi hominis α | ut] cum G

unde sibi huius gratia debeatur. ergo cum hoc tibi non praestem, nolo mihi debeas gratiam, quippe cum ego has nuptias uelim fugere ita, quemadmodum tu adipisci. quare, ut coeperat, Charinus gratias agit. sed Pamphilus hortatur, ut et ipse Charinus et Byrria faciant fingant aliquid 5 inueniant efficiant, ut Charino detur. suum officium esse dicit id se laborare, ut sibi non detur: non enim sequebatur, ut, si Pamphilus eam non duceret, Charinus duceret. hoc igitur monet, ut ille atque eius seruus hoc laboris suscipiant, ut ipse ducat; suum officium esse Pam- 10 philus dicit laborare se, ut non ducat.

2.

- 338 **1** DI BONI BONI QUID PORTO haec scaena coniecturalem statum tenet propterea, quoniam quaeritur, an Simo ueras nuptias sit hodie facturus. huius rei argumenta Dauus seruus callida arte collegit probaturus falsas esse 15 nuptias. haec multis locis exprimemus. ac primum generaliter gaudium suum protestatur Pamphilum quaerendo.
- 339 — **2** VT METVM IN QVO NVNC EST ADIMAM ATQVE EXPLEAM ANIMVM GAUDIO ordinem et rationem posuit: prius enim id quod malum est debet excludi, ut id quod bonum est 20 340 melius feliciusque teneatur. — **3** NIHIL EST NONDVM HAEC RESCIVIT MALA* nondum Pamphilus sciebat Dauum scire, 341 quod sibi pararentur nuptiae. — **4** QVEM EGO NVNC CREDO SI IAM AVDIERIT SIBI PARATAS NVPTIAS hic intelligit Pam-

α^* [22] id est nuptias. et est hic species definitionis, quae fit per laudem uel uituperationem. uel definitio rhetorica, quae est ex arbitrio loquentis.

1 unde ante p. 33, 29 ut L | gratiae β || 3 ita (-que add. LF) quemadmodum] magis quam α || 5 Charinus] dominus α | Byrria] ipse seruus α || 6 suum — detur] et ipse laborabit ut non ducat α || 8 si] ei L, om. G || 13 habet statum F || 14 acturus α || 16 generaliter post suum α || 23 nuptiae pararentur FG

- 342 philus Dauum scire, quod nuptiae praeparantur. — 5 TO-
 346 TO ME OPPIDO EXANIMATVM QVAERERE <*****>. — 9 DAVE
 PERII antequam aliquid audierit Pamphilus, prius indicat
 dolorem. contra illi seruus, qui scit quid argumentis
 collegerit, respondet HOC AVDI. ille ad calamitatis uocem 5
 redit, seruus scire se eius sollicitudinem dicit QUID TIMEAS
 SCIO. quoniam uidet seruum perseuerare Charinus adulescens
 ad pollicendam spem domino Pamphilo, continuo ipse suam
 347 calamitatem confitetur 10 MEA QUIDEM HERCLE CERTE IN
 DVBIO VITA EST. sed huic seruus repromittit ac se dicit 10
 scire et ipsius sollicitudinem. Pamphilus autem tamquam
 inscio seruo et adhuc ignoranti ingerit causam calamitatis
 348 suae, cum dicit 11 NVPTIAE MIHI. sed eius orationem im-
 pleri non sinit seruus et continuo procedit dicens ET ISTVC
 SCIO. ille perseuerat dicens HODIE, cuius orationem relun- 15
 dens intercedit seruus et utriusque sollicitudinem narrat
 349 dicens 12 TV PAVES NE DVCAS ILLAM hoc utique Pamphilo,
 350 Charino autem TV AVTEM VT DVCAS. — 13 ATQVE ISTVC IPSVM
 NIHL PERICLI EST irridentis est ista oratio: quia supra
 dixerat Pamphilus 'istuc ipsum', repetit tamquam uanum 20
 dictum 'atque istuc ipsum' inquit 'pericli est nihil'. rogat,
 ut metu liberet dominum seruus, summam collocat. pri-
 mum hoc semper facere debet orator, uti ante partium
 quae longo genere narrandi explicabuntur summa primi-
 tus collocetur et hoc maxime in initio, ut facilius res 25
 comprehendi possit. est igitur summa 'uxorem non dat
 Chremes filiam suam Pamphilo'. et ne casu uideatur
 ista argumenta collegisse aut ex euentu, narrat causam,
 quemadmodum ad indicia ueritatis tanta peruenerit*

α^* [29] et seruat morem (-re BV) rhetorum, ut breuis, ut aper-
 tus sit.

1 parantur α || 2 lac. sign. W. || 5 respondit B'G || 7 uidetur
 LG || 11 et om. G || 14 ET ISTVC] etsi Ter. (et id D¹ = Don.) ||
 15 recund L, om. G || 17 id paves ne ducas tu (om. G) illam Ter. ||
 21 nihil pericli est F || 22 liberat LG | <cum> summam G, <et>
 summam α | primo hanc <rem> semper β || 23 debet facere F α ||
 24 longo Lindenbr.: -ge codd. || 26 igitur] enim BS || 29 peruenerit β

- 353 **16** TVVS PATER MODO ME PREHENDIT et deinde quae consequuntur. quibus in uersibus declarat sibi maximam sollicitudinem fuisse, posteaquam patrem cognouerit Pamphilo nuptias non parare. si ergo sollicitus fuit [†]cognouit, ingenio ueritatis
 358 argumenta collegit. denique **21** QUID AGAM COGITO. incipiunt igitur argumenta, nuptiaene sint, ex hoc uersu
 359 **22** REDEVENTI INTEREA EX IPSA RE INCIDIT SVSPICIO. omnis coniectura a summo ad imum diuisionem habet, quae diuisio dicta et facta continet. quamquam saepe et ex hoc coniectura colligi possit, quod non dictum nec factum sit. 10 ergo hic utrumque complexus est: nam non fiunt nuptiae, quod paululum obsonatus est dominus, quod ipse est tristis. haec illi(us facta) sunt. deinde rursus factis soceri uolens argumenta colligere, quae diximus pertinere ad diuisionem quae a summo ad imum est, colligit ab his quae facta non sunt: 15
 362 **25** 'cum enim illo ueni' inquit 'solitudo ante ostium', ubi utique frequentia esse debuit. sed ne hoc parui temporis
 363 sit, **26** 'maneo' inquit 'interea: nemo ingressus est, nemo egressus, nulla matrona in aedibus fuit, nullus ornatus, tumultus nullus'. haec ab his sunt, quae facta non sunt, cum 20 fieri utique debuerint.* quibus rebus certum est nuptias
 365 non parari. — **28** SCIO MAGNUM SIGNVM proprie 'magnum signum' dicit factis et dictis ad quaestionem argumentum

365 α*[21] sane (om. B') **28** 'ornati' et 'tumulti' antique dixit secundae declinationis faciendo figuram <archaismon (add. Gerstenb. coll. Don.)>.

1 TVVS — PREHENDIT W.: tunc paret <causae quemadmodum (ex anteced. repet.)> malum praedixit codd. | //secuntur G || 4 fort. <iis quae cognouit || 6 ex hoc uersu ante 5 incipiunt α || 8 diuisiones codd. (cf. Don.), sed v. infra || 9 <et> dicta F || 11 nam — 16 inquit] dum paululum obsonii ipse tristis. et a socero quod α || 13 illius facta Goetz || 16 ubi om. β || 17 sed] et α || 18 nemo — 20 nullus] neminem uideo exire neminem matronam F || 20 haec <argumenta> α | quae, dum (sscr. V; deo ut vid. S) fieri debuerint, facta non sunt (sint VS) α || 21 utique W.: denique codd. || 23 dicit <in> L; dicitur in Gerstenb., quem cf. p. 100 c. adn. 2

- 367 *collectum*. — **30** NON OPINOR DAVE coniecturam perspic-
ens 'opinor' dixit. id Dauus, quasi iam collecta sit uerit-
tas, indignatus negat dici debuisse 'opinor'.* *adiexit* NON
RECTE ACCIPIIS CERTA RES EST. *adiexit alia argumenta*
ab ipsa diuisione factis atque dictis, quod puerum inuen- 5
erit Chremetis holera et pisciculos minutos ferentem ad cenam
seni, quemadmodum dicitur 'ne forte aliquis puer ferret
in cenam seni'. ita coniectura firmata est a factis et
dictis uel a persona Simonis uel persona Chremetis, quae,
370 sicut diximus, in diuisione consistunt. — **33** AC NVLLVS 10
QVIDEM 'nullus' pro non, ut sit sensus: non quidem libe-
ratus es. *cui subiungitur* QVID ITA NEMPE HVIC ILLAM PROR-
371 SVS NON DAT. — **34** RIDICVLVM CAPVT intellexit Dauus
stultitiam Charini, qui dixit 'nempe huic illam prorsus non
dat', secundum quod supra diximus: non enim necesse 15
est illum illam continuo ducere, si hanc non duxerit
Pamphilus.* *hoc monet ut eat, roget, ut possit eam ducere*
uxorem.

α* [3] est enim opinio genus ueritatis et falsitatis, et secun-
dum dialecticos interroganti de indiuiduo quid sit, stul-
tum est respondere genus (g- r- B) et non speciem.

* [17] et a possibili (-le *codd.*) dicere (ducere?) debuisse innotuit
(= indicauit, cf. IV 3, 1).

3. *novam sc. indicat etiam*
Donat, ignorant libri Ter.

- 375 **1** QUID IGITVR SIBI VULT PATER CVR SIMVLAT NUNC
quaerit, cur falsae nuptiae fingantur a patre. et hoc loco 20

4 EST *om. L* || 5 <atque> ab *LF* | <a> factis? *an* <hoc
est> factis? || 6 et *om. LG* || 7 quemadmodum dicitur (*ex* di-
cunt *G*¹) *post* 10 consistunt *legitur in codd.*, *sed aperte ad* ne
— *seni pertinet; quamquam haec omnia interpolationem sapirunt* ||
8 a factis uel (*om. G*) a (et *G, om. L*) persona ... Chremetis β,
a personis (-narum *Gerstenb.*) factis dictis α || 11 liberatus es]
deliberatiue *L*, -ratio *F*, -ratione *G* || 15 non — Pamphilus]
quasi necesse esset ipsum eam ducere, si Pamphilus non du-
xisset uxorem α || 20 quaerit cur *LB*, quaeritur <an> *F*,
quaerit (cur *post* nuptiae *add.*) *BVS* | et *Lindenbr.*: *ex codd.*

deliberatio est, in qua persuasio continetur: deliberat namque, an polliceatur patri Pamphilus se uxorem esse ducturum. persuasio, uti dixi, ex hoc colligitur: falsae sunt nuptiae, nullus metus est polliceri. sed huic rei argumenta hinc suscipiuntur, quod causam patris irascendi filio inuenire desiderat, *si non hanc suscipiat*, quod, si Chremes nolit dare filiam suam coniugem, satis iniustus esse uideatur, antequam animum ad nuptias adulescentis agnouerit; sin uero negauerit Pamphilus, illic culpa origo nascetur. *tum malum et seditio maxima inter patrem et* 10

380 *filium poterit generari.* — 6 QUIDVIS PATIAR sensus hic est: noli persuadere, quantum uelit *licet* irascatur pater, quaecumque per iracundiam fecerit, sustinebo, *hoc est quodcumque patiar.* hic iam persuasio est, ut polliceatur, quae efficitur a terroris parte: PATER EST INQUIT PAMPHILE.* 15

381 an fieri possit, ut imperium sentiat, adiecit 7 DIFFICILE EST. deinde ab utili et honesto TVM HAEC SOLA EST MULIER, quae quidem res ad omnia proficit, namque sola est, quo facile iniuriam a patre <pati> possit, denique hoc adiunxit DICTVM AC FACTVM INVENERT ALIQVAM CAVSAM. 20 sicut supra diximus, quoniam actus hominis in his duobus consistit, uel dicto uel facto, ideo complexio est: dictum ac factum inuenerit aliquam causam, unde eam possit oppido expellere. territus adulescens iniuria, quae fieri

383 amicae possit, continuo consilium quaerit 9 CEDO IGITVR 25 QUID FACIAM DAVE. ipsa propositio persuasionis DIC TE DVCTVRVM. repugnat contra Pamphilus. persuasio sequitur continuo, quid fieri habeat, si hoc fiat, *hoc est si polli-*

α* [15] quae species definitionis dicitur a causa.

1 deliberatio] -tiae β; -tiae? | qua <nunc> G || 6 desideret F si non W.: sed enim LF, non G | si non — Pamphilus] sed Chremes si negauerit, iniurius id est iniustus esse uideatur, sin Pamphilus α || 8 ad] ac G, ad (sser. uel ac) F || 9 origo culpa VS || 17 mulier est β || 19 quo W.: quod codd. | pati suppl. W.: auferre G | potest G || 21 sicuti VS, <ut (et F)> sicut β || 24 trritus L, trritus G, tristis rell. | <prae> iniuria α || 28 fiat W.: fit codd.

- 385 *ceatur se esse ducturum. hoc ait* **11** *EX EA RE QUID FIAT*
VIDE. sed hoc male interpretatur adulescens, ut contrarium
- 386 *post promissionem suam ponat euentum: ait enim* **12** *AB*
*ILLA EXCLVDAR HAC CONCLVDAR** *ut a Glycerio excludar,*
inquit. hic erit euentus, at ille contra qui persuadebat 5
ostendit magis qui euentus sit futurus, si polliceatur, et
- 387 *facile esse dicit* **13** *NEMPE HOC SIC ESSE OPINOR DICTVRVM*
PATREM DVCAS HODIE VOLO VXOREM TV DVCAM INQVIES. ut
ostendat rem in uerbis esse, post nihil futurum sermonis,
- 389 *adiungit* **15** *CEDO QUID IVRGABIT TECVM. ipsum deinde ponit* 10
euentum HIC REDDES OMNIA QVAE NVNC CERTA SVNT CON-
- 391 *CILIA INCERTA VT SIENT. ab utili subiungitur* **17** *SINE*
OMNI PERICVLO. sed hoc tunc demum consilium bonum
est polliceri patri, si Chremes filiam suam Pamphilo nolit
tradere uxorem. nam si uelit temptare adulescentis animum 15
senex et continuo ad Chremetem pergere et petere filiam,
periculosum est. ideo adiungit fortasse posse aliqua mu-
tari, ut Chremes quidem nunc nolit, tamen tradat aliquando.
aduersus istud igitur, ne consilium mutet Chremes, nihil
- 392 *aliud consilii datur. —* **18** *NEC TV EA CAUSA MINVERIS* 20
HAEC QVAE FACIS IS NE MVTEAT SVAM SENTENTIAM hoc quid-
dem obscure dictum est, est autem hic sensus: unde tu,
ne sententiam suam mutet Chremes, haec quae facis mu-
tare noli, ut ad amicam uadas, et consuetudinem ne im-
mutet; quae si perseuerauerit, not(a)atio omnis fuerit, ut 25
Chremes non possit mutare suam sententiam. redit rursus

α*[4] hic leui (-ni S) mutatione uerbi fit figura paronomasia (paran- VS).

5 <et> hic α | erit] esset α | econtra VS || 6 futurus sit
 α G || 10 adiecit G || 11 hic — SIENT] et certa consilia, quibus
 praemeditatus uenit, reddes incerta omnia α | hic] hac L, hec
 G | sunt <ei> F || 12 subiungitur ab utili α || 13 periclo B' |
 consilium ante tunc B' || 15 tradere] dare α || 17 mutari <sen-
 tentia> G || 19 <et> aduersus α | nihil — datur] sequitur α ||
 21 ne is F (= Ter.) || 22 est autem] sed est α || 23 ne post
 suam α || 25 <in> qua si perseueraueris (cf. p. 40, 5) Goetz |
 nota amatio Schoell | ut om. LF || 26 suam ante non FG

- 394 ad consilium **20** PATRI DIC VELLE et concludit euentum
 CVM VELIT TIBI IVRE IRASCI NON QVEAT. hic <incidit>
 quaestio 'sed aliam pater poterit quaerere uxorem'. huic
 395 respondetur coniecturaliter **21** NAM QVOD TV SPERES PROP-
 PULSABO FACILE VXOREM HIS MORIBVS DABIT NEMO* si per-
 seueres in amore amicae atque peregrinae, his moribus
 nemo iam det uxorem. hic rursus incidit alia quaestio
 'sed qualemcumque inueniet pater, <si>, ne det his mori-
 bus, perseueres'. hoc ergo proponit quasi ex aduersa
 396 parte* **22** INVENIET INOPEM POTIVS QVAM TE CORRVMPI SINAT. 10
 huic respondetur futurum esse <negligentem>, nil locuturum
 patrem, si simul cognouerit filii animum uxorem ducere non
 397 recusantis. hoc ergo sic opposuit **23** SI TE AEQVO ANIMO AC-
 CIPIAT FERRE NEGLEGENTEM FECERIS ALIAM OTIOSVS QVAERET.
 398 adiunxit **24** ALIQVID INTEREA ACCIDERIT BONI. quoniam 15
 in rebus asperioribus, quae uitari non possunt, remedium
 est dilationis persuasio, talibus commentis adulescens unam
 sollicitudinem non iam ex amore, sed ex pietate supponit,
 quod metuit, ne natum sibi filium pater possit agnosce-
 re*, quippe cum promisisse se dicat suscepturum. huic pro- 20
 uisionem Dauus in posterum pollicetur.

α* [5] 'speras' id est times. <et> est (*om. S*) acyrologia (*achiol-*
codd.). 'propulsabo' id est repellam, unde obiectio (*abi-*
codd., corr. Lindenbr.) et depulsio criminis.

- 399 * [10] et est collatio duorum malorum, quorum alterum eligitur.
 * [20] nam id metuit. unde sequitur (*W.; supra codd.*) **25** VIDE
 QVO ME INDVCAS. est autem inductio oratio, quae rebus
 non dubiis captat assensionem eius, cum quo instituta
 est; quibus assensionibus facit, ut illi dubia quae-

2 <ut> cum *F* | incidit *add. W.* || 3 pater *om. β* || 4 SPERES]
sic L, speras rell. || 6 amore — uxorem] his moribus, nec Chre-
 mes nec alius dabit tibi filiam suam α || 7 nemo — 8 moribus
om. G || 7 nemo iam] memoria *L*, nemo tibi *F* || 8 si *add. Zeune* ||
 11 negligentem *add. W.* || 12 non recusantis] perseuerantis *G* ||
 13 si te] ita *L*, si ita te *F* | accipiet *Ter.* || 15 adiecit *F* |
 interea aliquid *FG* (*sic Ter. codd. praeter D*) || 17 est post per-
 suasio α | commentis] commotis *L*, -tus *FG* | unam] summam
Goetz; an suam? || 20 promisisse *F*, posuisse *L*, potuisset *G*

α dam res propter similitudinem earum rerum, quibus adsensit, probetur (= Cicero, *De invent.* I 31, 51), ut qui musicam nouit, musicus est, et qui grammaticam nouit, grammaticus (est *add. B.*) qui hoc assentit, propter similitudinem assentiet: qui malum nouit, malus est; similiter qui semel adulterium facit, adulter est, et qui semel iuste agit, iustus est. ita inducendo perducitur
403 quis ad inuitam confessionem. — 29 CAVE TRISTEM SENTIAT hoc uerbum, id est 'caue', significat uide ne, et hoc interdum.

4.

404 1 REVISO QUID AGANT AVT QUID CAPTENT CONSILII haec scaena euentum supra positi consilii complectitur, ut temptet filium pater et patri filius ex Dauī persuasione
407 promittat. — 4 ORATIONEM SPERAT INVENISSE SE QVA DIFFERAT* TE *dicit enim patrem iratum meditatam accu-* 5
sationem inuenisse. admonet rursus adulescentem, quo
408 facilius respondeat 5 PROIN TV FAC VT APVD TE SIES consilium tibi traditum mente contineas, *quo facto apud*
409 *te esse poteris.* — 6 CREDE MIHI INQVAM PAMPHILE NVMQVAM HODIE quoniam Pamphilus ueluti difficultatem posuerat 10
dicendo '<modo> ut possim', respondit rursus ad euentum, quod pater *hodie* uerbum non commutaturus sit, si semet dixerit *esse* ducturum.

α * [5] id est increpet uel dissipet.

5.

412 1 ERVS ME RELICTIS REBVS IVSSIT PAMPHILVM HODIE OBSERVARE haec scaena fortunae interponitur. Byrria 15
seruus Charini, qui eam uult ducere uxorem, quam qui-

2 consilii positi β || 3 et patri (pater *LG*) — persuasione] cui ex suasionem Dauī α || 4 *se om. LG* || 5 dicit — 6 inuenisse post 7 respondeat *in codd.* || 7 sis *G* α || 8 <id est> consilium α | contine α || 9 inquam mihi *G* || 11 modo *add. W.* || 12 uerbum post sit *F, om. LG* | semet] seni *G*, se α || 15 *fort.* Fortunae <est>. interponitur Byrria *et infra* <et> quo . . . increscere, apponitur *etc.* || 16 eam] Philumenam α

- dem Pamphilus non uult, pater filio offert, quo error facilius possit increescere, apponitur eo tempore, quo Pamphilus ex suasionem serui falso quidem, *non uoluntate*, promissurus est patri se uxorem esse ducturum. — **7** *HODIE VXOREM DVCAS VT DIXI VOLO supra (I 5, 18—19) enim Pamphilus ipse dixit 'praeteriens modo mihi apud forum «uxor tibi hodie ducenda est, Pamphile»': merito ergo*
- 419** *nunc 'ut dixi'.* — **8** *NVNC NOSTRAE TIMEO PARTI hoc ex persona Byrriae intelligendum propter timorem, quem a*
- 421** *domino habet.* — **10** *QVID DIXIT rursus Byrria † eiusdem est admonitus sui Pamphilum quod commiserat†.* —
- 423** **12** *SVM VERVS hoc est uera dico. Dauus hoc loquitur, quod secundum promissionem nullum uerbum fecerit*
- 429** *senex.* — 18 ME MEMINI VIDERE hoc est scio et intelligo quod uideam.* — *QVO AEQVIOR SVM PAMPHILO SI SE ILLAM IN SOMNIS QVAM ILLVM AMPECTI MALVIT scio etenim uidere: quod sit pulchra cognosco, unde fauco Pamphilo, quod maluit illam se potius amplecti quam alterum.*

- 423** α^* [14] quod solent facere irati saepius repetendo uerba inimici. sequitur Byrria diffusus **12** ERVS VXORE EXCIDIT id est priuatus est. et posuit (*W.*: post *codd.*) notum prouerbium: his enim in insinuatione uti utillimum (utillimum^{ssi} *B*) est uel ad concitandum uel ad reconciliandum animum auditoris. — **18** MEMINI ME VIDERE pro uidisse scilicet illam *qvo* id est in qua re AEQVIOR id est iustior SVM PAMPHILO **19** SI SE Pamphilum MALVIT ILLAM AMPECTI INSOMNIS id est uigilans, ut sit una pars; uel per somnos QVAM ILLVM amicum suum, id est dominum meum. et est amphibolia (*-boloia codd.*) per casum accusatiuum, ut 'uolo amplecti illum illam'.
- 429**
- 430**

1 <dum> pater α ; fort. pater <tamen> | offert <interuenit> α | facile *G* || 2 accrescere α || 9 a domino] domini ante quem α || 10 eiusdem *om. G* || 11 sin *L* | pamphilus *G* || 12 hoc — senex] hoc Dauus, qui in hac scaena semper cum silentio loquitur. id est: dixi uerum, quod senex non commutaret uerbum? α || 14 memini me *F* || 16 etenim *Lindenbr.*: et non *codd.* | uideri *codd.*

6.

- 432 **1** HIC NVNC ME CREDIT haec scaena dolos habet utriusque personae, senis et Dauī. *namque ille inquit, an filius aegre ferat quod facturū est nuptias; contra callide seruus respondet non omnino negans, ne fidem prodat, sed esse apud Pamphilum sollicitudinem dicit:* nam 5 iam cogitatio est quod praeteritum fuerat dimisisse, et ut ueri simile faciat, quanto sibi dedecori esse putauerit quod amore meretricem dilexerit, Pamphilus cogitauit et nimia temporis ratione compulsus uult ducere uxorem.* at Simo senex animi cogitationem metitur ex uultu, uti 10 dicat *pater* filium aegre ferre, quod subtristis est uisus. hic fiunt quasi per coniecturam argumenta, cur tristis sit. sed haec est pars a *proponente*, quae dicitur a summo ad imum. sequitur causae deriuatio: ille enim dicit tristem esse propter nuptias, hic supponit alteram causam, 15 quam quidem, quoniam repentinum est quod obiecit senex, diu quaerens *Dauus multa promit, dico* **18** PVERILE EST . . . NIHIL: haec inquirentis sunt quid respondeat. ad postremum deriuationem causae hanc ponit, quod nimium parce pater faciat sumptum, cum filio tradat uxorem. 20 addit causas, quod neminem ex amicis uocet ad cenam
- 449 α* [9] **11** VIA id est ratione, ut Virgilius (*Aen. IV 478*) 'inuēni, germana, uiam'.

1 HIC — CREDIT] aliquam sibi fallaciam portare *add. F*; totum *om. L G* || **2** inquit *W.*: inquit *codd.* || **3** es *codd.* || **4** respondit *codd.* | ne *Lindenbr.*: sed *L*, sed ut *F*, si *G* | prodat (it *G*) perdat *edd.* || **5** sed *om. F* || **6** cogitatio est *W.*: cognitionē *LBVS*, -ne *FB'*, -ni *G* | praeteritum] p̄trm *B*, p̄ctm *G*, poterit id tum *L* || **7** fiat α | dedecori *V*, dec- *rell.* || **10** animi] amico *LF* | cognitionem *F* || **11** uisus est α || **13** est *om. β* || **17** quaerit α | promit *edd.*: promittit *codd.* | dico *om. F* || **18** nihil <ne hem> *codd.* = *II 6, 4* || **19** causam α *F* | quod (qua *L*, quā *G*) — uxorem] ait nimium parce facere sumptum α || **21** quod — cenam] quod filio non uidetur uxorem dare, quod neminem amicorum uocare possit α | uocet *Lindenbr.*: -at *codd.*

† *et inquit et parcum*†: *ne luxuriosus sit filius, potius parcum dixit se(nem)*. adicit et seruus testimonium suum, quod uere
 457 *parce senex praeparet cenam.* — 26 QUIDNAM HOC EST*
REI secum cogitat senex orationem Dauī et promissionem
filiī: non uera omnia suspicatur ex moribus serui, quem
‘ueteratorem’ appellat, hoc est callidum et astutia uetusta
roboratum. concludit ergo ‘si in hoc consilio et in hac
re aliquid mali est, illic est huic rei caput’ hoc est
Dauus seruus.

α* [3] ‘perparce’ namque uocatiuus casus est.

III.

1.

459 **1**⟨*****⟩ *et illis inter se loquentibus pater Simo,*
ut agnoscat filium illam peregrinam amare, quo amplius
incendatur ad nuptias faciendas, ut ei error omni ratione
cumuletur uel ex locutione mulieris uel ex uocibus partu-
rientis, quam credit propter sui praesentiam cuncta simu-
 462 *lare.* — 4 FIRMAUIT FIDEM promisit se eam uxorem esse*
 464 *ducturum. et huic rei argumentum illud apponitur 6 NAM*
 461 α*[15] **3** *AB ANDRIA EST (Simo add. B’) ex proprietate linguae*
agnoscit illam (dum dixit ‘ab Andria est’ add. B’).

1 inquit] dicunt *G*; ‘et ⟨ipse⟩’ inquit ‘te parcum ⟨dico⟩’
Schoell || 2 dixit senem *Schoell* | adicit *G* | suum testimo-
 nium α || 3 praepararet *LBVS* | rei est *F* || 4 cogitatus *G*,
 -tans *B’VS* || 5 ueram (om. omnia) α || 8 illic est om. *G* | ⟨et⟩
 huic *F*, huius *G* | hoc — seruus] id est in Dauo ante est 2. α ||
 10 *Initium scaenae deest; in F haec suppleta sunt* Ita pol
 quidem res est. misis ancilla narrat lesbie, quemadmodum
 pamphilus promisit sibi gliscerium non esse deserturum, quod
 quidem symo audierat, propter quod nescio quid suspicatur.
Desiderantur haec fere: ITA POL — RES EST in hac scaena
 inducuntur Dauus seruus et Mysis ancilla || 11 amare pere-
 grinam *FG* || 12 ⟨et⟩ ut? || 14 propter] in α || 15 esse om. *L* ||
 16 opponitur *LF*

- 468 QVOD PEPERISSET IVSSIT TOLLI. — 10 QVOD REMEDIUM HVIC MALO INVENIAM pater ultra veritatem nescio quid suspicatur: credit enim peregrinam istam mulierem ad prohibendas nuptias ista simulare. secum igitur coniecturalibus argumentis cogitat veri simile non esse suscipere uelle liberos 5 ex peregrina, unde confirmat mulierum calliditate hoc effici, ut fingatur partus et nuptiae impediuntur. denique
- 471 hoc ait 13 HANC SIMVLANT PARERE QVO CHREMETEM ABSTERRE-
- 473 ANT. — 15 IVNO LVCINA duas potestates Iuno habet: eadem namque pronuba est, hoc est nubentibus praeest, ut 10 est (*Verg. Aen. IV 59*) 'Iunoni ante omnis, cui uincta iugalia curae'; eadem et Lucina est, quae praeest parturientibus et lucem nascentibus dat. hanc quidam tamen Dianam potius esse dixerunt, nam Menander ipsam uocat, cum dicit *Ἀρεμῖς*. quamquam et Vergilius eandem 15 Lucinam Dianam uoluit, unde est (*Ecl. IV 10*) 'casta faue, 475 Lucina: tuus iam regnat Apollo'. — 17 NON SATIS DIUISA SVNT COMMODE TEMPORIBVS non bene, inquit, haec diuisisti neque temporibus tradidisti*: quasi *Davi consilio ista completa sint, ut, cum senex ante ostium staret, tunc* 20
- 477 continuo pareret puella. — 19 NVM IMMOR ES DISCIPVLI supra (*I 2, 21*) enim dixerat 'tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum'. quod si ita est, sensus hic

- α*[19] ut nec ante nec post puella parere potuerit, nisi cum me praesentem audiuit. — 19 NVM IMMOR ES DISCIPVLI ac si diceret: si (etsi?) Pamphilus diuisit, techna (thecna B'VS) discipuli ad magistrum respicit. et est argumentum a maiore ad minus. — 21 Adorior, id est aliquam rem incipio, facit praeteritum adortus sum; sin uero significat loqui incipio, melius adorsus (sum *add. Lindenbr.*). ponuntur tamen pro se inuicem.

6 confirmatur G || 7 effici] fieri α || 8 HANC — ABSTERREANT] hanc simulare partum quo Chremetem absterreat (ext- G) *codd.* || 9 habet Iuno α || 10 ut est om. L || 13 quidem β || 14 potius Dianam α | nam <ita> *Lindenbr.* || 15 artemio (arth- α) *codd.* pro APTEMIC || 18 sunt commode sat diuisa α || 20 sint W.: sunt *codd.* || 22 tum om. L || 23 ceperit LG | quod si] atque L

est: num quidnam tu es immemor discipuli tui, hoc est
 480 Pamphili? — **22** EGO IN PORTV NAVIGO mea, inquit, con-
 silia ita sunt, quemadmodum nauis nauigat in portu.

2.

- 481 **1** ADHVC ARCHYLIS QVAE ADSOLENT QVAEQVE OPORTET
 OMNIA ESSE VIDEO haec scaena ad errorem cumulandum 5
 uidetur adiecta, ut Lesbia obstetrix domo egrederetur et
 quae essent intus facienda de uia mandaret. et quoniam
 in primo partu semper dolor est, dicit puellam non debere
 esse sollicitam: omnia enim signa, quae ad salutem esse
 483 possent, integra permanere. — **3** NVNC PRIMVM FAC ISTA 10
 VT LAVET <cum> ea quae peperit in dolore perseueret, me-
 dicinae ratione ad lauacrum compellitur, ut dolor desinat.
 <at> melior sensus est 'nunc primum fac ista ut lauet',
 ut illa scilicet, quae immunda sunt sanguine parturientis
 484 impleta, lauentur.* — **4** QVOD IVSSI DARI BIBERE et hoc 15
 utique ad dolores continendos datur. ita hic nescio quid
 medicinae intelligitur, ex quo dixit 'quod iussi'. adicit ET
 486 QVANTVM IMPERAUI DATE. — **6** PER ECATOR iuratio est
 per Castorem. — SCITVS PVER EST NATVS PAMPHILO ele-

α^* [15] et puerum enim et puerperam post partum statim aqua
 tepenti perfundi placet physicis, puerum, quia genitali
 aluo profusum si nimium frigus exceperit, uix ad uitam
 euadit (ex -dat corr. S). cuius rei exempla sunt uitrea
 uasa, quae temperata mutatione fornacum frigus as-
 suescunt, si statim refrixerint, franguntur.

3 ita] certa G, om. F; tuta Schopen || 5 terrorem L ||
 7 de uia om. β (recte?) || 9 omnia enim] quippe omnia α ||
 10 possunt α | istec F || 11 cum add. W. | perseuerat FG |
 medicinae — desinat om. B || 12 ratione om. L || 13 at add.
 W.; <sed> melior B, cdd. | fac ista] faciam (-em G) β , fac
 istaec α || 15 utique hoc F α || 16 ita] et α || 19 <id est> ele-
 gans α

- 487 gans et admodum suavis.* — 7 QUANDOQVIDEM IPSE EST INGENIO BONO *ipse est, inquit, Pamphilus, ut mereatur filius superstes esse, quandoquidem pater ingenio bono est.* —
- 490 10 NON IMPERABAT <CORAM> QUID FACTO OPVS ESSET PVERPERAE argumentum est, quo doceat ab Dauo ista uniuersa compleri, *siquidem nec coram habere uoluit quae puerperae uidentur esse facienda.* puerpera autem dicitur quae recens partu est, sed <non> a muliebris parte sexus nomen impositum est — nam utique et puellam parit —, sed quod puerum pariet. quamquam et 10
- 494 antiqui puellam pueram saepe dixerunt. — 14 SALTEM ACCVRATE VT METVI VIDEAR ita me, inquit, dolis debes fallere, ut in omnibus actibus tuis uidear a te timeri.* *hoc enim dixit VT METVI VIDEAR CERTE SI RESCIVERIM: maxime enim debeo metui, si fraudes forte rescuerim.* — 15
- 496 16 QUID RETVLIT hoc est: quid profuit me ante fuisse auditum? supra (I 2, 34) enim dixit 'neue tu dicas tibi
- 498 non praedictum: caue'. — 18 TENEQ QUID ERRET ET QUID AGAM intellexit Dauus mulierum consilium *hoc senem suspicari, quod illae ad <de>terrendas nuptias uideantur ista simulare.* idcirco uult commodare consensum, quo domino
- 507 suo error augeatur.* — 27 SED NIHILO MINVS REFERETVR

α * [1] Vel 'perscitus' id est ualde bonus. et (om. B) est definitio qualitatiua potestate, non actu.

* [13] et est figura antisagoge (antiseg-codd.), proposita superiorum epimone. — CERTE SI RESCIVERIM scilicet 'puniam te', quod prae (per B) ira dicere non potuit. — 15 EDIXIN TIBI abhinc est epitrochasmus (-trocosmos codd.), id est dicti (-ta S) rotatio.

501 * [22] 21 DENVTIATVM EST scilicet a Mysi (-side Gerstenb.) per

4 CORAM add. W. || 5 ab] a α || 6 nec coram W.; haec (hanc G) horam codd. || 8 non add. W. (propter sed quod sequitur) | ab LF | muliebris post parte α; uirilis Karsten || 10 parit — pariet (-at F)] et puerum pariens dicitur puerpera α || 11 saltem L || 14 dixi LG | uidear metui LG || 15 fraudis codd. || 16 ante — auditum] tibi dixisse α || 18 non om. L | QUID ERRET om. LG || 20 tenendas LG; corr. W. | uideantur ista (illa sscr., uel ista F) simulare] ista simularent α || 21 commendare LF

HVC PVER ANTE OSTIVM quo facile et de praeterito Dauus
 511 admonuisse dominum declaret, †hoc uide† 31 AVDIVI inquit,
 conscius non sum, qui auditu ista cognoui. sed incipit quae-
 stio per locum communem, an famae credendum sit. ita
 adiungit argumenta ex pluribus rebus: ET CREDO inquit 5
 MVLTA CONCVRRVNT* SIMVL QVI CONIECTVRAM HANC NVNC
 FACIO. quae argumenta colligit ex factis praecedentibus atque
 dictis, quod iam gravidam se mulier esse dixerit. collegit
 ergo easdem res, hoc est facturas ut puerum ante ostium
 ponant, siquidem obstetrix iam uidetur esse accersita.* 10
 obicitur rursus Dauo, cur non hoc, cum expositionem ar-
 gumentis collegisset, continuo dixerit Pamphilo, et hic simi-
 liter quasi reus efficitur negligentiae. at hoc coniectura-
 liter refutatur*, si quidem dicit se <dixisse> exinde Pam-
 philo, ex quo nuptias idem Pamphilus uult. unde est et 15

α
 507 catatyposin (-tiposin *codd.*; cathypotyposin?, cf. Cassiod.
in ps. 72) id est per quandam imaginationem. — 27 NI-
 HILO SECIVS pro nihilo minus DEFERENT HVC PVERVM.

*[6] qui (quia B'VS) argumenta colligit, ex factis uel dictis
 praecedentibus agit. est enim coniectura ex praecedentibus
 consequentium uel ex consequentibus praecedentium uel de
 remotis praesentium inspectio. et per leptologiam, quae fit
 quando res singulae minutatim proferruntur, ostenditur
 falsum esse quod audierat.

*[10] quae, ut per †antepson (analepsin *Schoell*) solet fieri,
 516 apponat puerum. — 36 HOC NISI FIT per antisagogen (-egoge
codd.) est sensus: uidebis puerum et remouebuntur
 nuptiae.

*[14] et utitur testimonio. post fit argumentum a persona,
 quod ille est filius, ille seruus, unde (et de S) adhibendo
 fidem filio nihil restare autumat nisi ut Chremem (chre-
 metem B) oret.

2 declaret <et eius opinionem a se amoueat> α; fort.
 declaret, <hoc indicat futurum. et cum ille interrogaret> hoc
 unde <sciret> AVDIVI etc. || 4 famae *Gerstenb. coll. Don.*: a me
codd. | ita] et α || 5 plurimis L (*recte?*) | inquit post MVLTA α ||
 7 quae W.: qui *codd.* | collegit G || 8 iam om. L | dixerat
 LF || 9 ergo] tamen α | hoc esse (om. res) α || 12 continuo
 <non> *codd.* || 14 dixisse *add. W.*

526 QVIS EVM AB ILLA EXTRAXIT NISI EGO. — 46 PARVI PENDO
id est contemno.

3.

533 1 IVBEO CHREMETEM haec scaena petitionem habet, quippe Simo petiturus redit ad Chremetem, ut filiam suam det filio coniugem. hic utique qualitatis est et deliberatiuae forma [‘iubeo’ inquit ‘Chremetem’ id est uolo, ut Virgilius (*Aen. V 386*) ‘reddique uiro promissa iuebant’]. conuenit et Chremes certa et ipse ratione compulsus: oportuerat enim Chremetem de Pamphilo esse sollicitum, quippe qui prior uenerat, ut nuptias ei polliceretur. non ergo sine coniectura esse debuerat, qui opera, quae ad Pamphilum pertinerent, uel argumentis uel rumore cognosceret. nam illum habere meretricem amicam inde Chremes cognouerat, siquidem (*I 1, 117—118*) ‘uenit Chremes ad me clamitans indignum facinus comperisse’. sed etiam nunc, cum Simo nuptias praepararet, falsas quidem, ueri rumor fuit, quo debuit Chremes compelli in dispersum causae, et ipse ad Simonem uenit. denique ita se inuicem quaerere compelluntur, ille ut roget filio nuptias, hic ut insaniam Simonis admiratus quaerat e Simone, cur nuptiae esse dicantur. adicit ergo Chremes

2 ALIQVOT ME ADIERVNT EX TE QVI AVDITVM AIEBANT: unde pulcherri-
mum argumentum dedit, ut non iam rumor sit sed paene

1 abstraxit *Ter.* | PARVI — contemno *secl.?* || 3 IVBEO CHREMETEM] Nunc cremem *L* (= *III 2, 47*), *om. VS* || 4 petiturus redit *Schoell*: rediturus (redd- *L*) β , redit α (redit *olim sser.*) || 5 <eius> filio α || 6 forma *Lindenbr.*: -mae *codd.* | iubeo — id est (*om. LG*) uolo (*om. G*) — uiro (*B, om. rell.*) — iuebant (-bat *codd.*) *secl. W.* ut *interpol.* (*cf. Don.*) || 8 ipse *Gerstenb.*: ipsa *codd.* || 10 nuptias post polliceretur α || 11 operā *LGVS* || 12 pertineret *L* α || 14 fort. siquidem <Simo dixit> || 16 <et> falsas *codd.* | ueri<que> *codd.*, *corr. Lindenbr.* || 18 et] sed α || <prae>uenit α || 21 aliquot <inquit> α